

quam eventus docet de tempore mortis ejusdem patris esse...

Vel quod agatur de filiabus Magnatum iuxta unam opinionem...

Ut de dote succedente loco legitima ex ipsa legitima detrahenda...

Majores autem, ac frequentiores controversie cadunt in altero casu...

Ubi vero masculi eas negligunt, atque extraneas reputare eligant...

ANNOTAT. AD DISC. VII.

AN dotes detrahende sint ante, vel post legitimam masculinorum...

S. SEVERINÆ SUPPLEMENTI LEGITIMÆ PRO ELISABETTA OLIVERIA

CUM DOMINICO, ET ALIIS DE RAMUNDIS,

Causa decisiva per Rotam, pro Elisabetha cum moderatione.

Legitima nepotum ex pluribus filiis predefunctis, an eis deferatur in capita...

SUMMARIUM.

- 1 Facti series. 2 De materia Constitutionis Regni in aliquibus Sec. circa exclusionem foeminarum...

DISC. VIII.

Marcus Antonius de Bona decedens de anno 1661 in testamento haeredes scripsit...

Neque intrare poterat Constitutio Regni, quae incipit in aliquibus, exclusivam foeminarum propter masculos...

Franch. det. 32. num. 16. & det. 19. n. 7. Cappyc. Latr. dec. 4. n. 1. & sequens...

Non negabatur per Scribentes in contrarium conclusio, sed infirmebat super limitatione tradita per Surd. conf. 355...

Ubi etiam in suo casu recipienda esset, adhuc tamen cessabat applicatio, quoniam Cumanus distinguit, quod; Aut filii venire volunt ex persona matris...

Ac ulterius, omnis difficultas in proposito cessabat, cum limitatio procedat, respectu eorum, qui matris haeredes obtineant...

Quo vero ad dicti supplementi quantitatem; Advertendam quod iste casus est de illis, in quibus verificatur dispositio text. in l. non omnium, ff. de legib. quod scilicet captivare oportet interdictum...

Et licet id procedat in successione transversalium, in quibus non reperitur contrarium in jure dispositum, ut reperitur in descendens...

Ponderabam quoque pro successione in capita, quod assisteret ejusdem testatoris voluntas, dum habens ex Prudentia unum nepotem...

Card. de Luca, Lib. IX.

debat, sed ubi obstant jura clara, discutias, ac rationes locum non inveniunt...

SUMMARIUM.

- 1 De successione in capita, vel in stirpes. 2 An renunciatio Matris obstat filiis.

ANNOT. AD DISC. VIII.

Quando successio regulanda veniat in capita, vel in stirpes, habetur sub tit. de hered. disc. 5. sub tit. de fideic. disc. 19. & 22...

PANEN.

LEGITIMÆ, seu FIDEICOMMISSI, PRO PALATIIS,

Responsio pro veritate.

An ordinatio inter fratres, vel alios reciproco fideicommissio masculino, cum exclusione foeminarum, quibus dos reservata sit...

SUMMARIUM.

- 1 Facti series. 2 De agentibus de questione, ejusque decisione. 3 De distinctione, & quare legitima non debeat...

DISC. IX.

DE anno 1646. Angelus. Hieronymus, Nicolaus, & Hercules fratres de Palatiis, omni prole, ac uxore carentes...

Cum autem obiisset Nicolaus superflite unica filia foemina in infantili aetate, quae paulo post obiit, unde propterea factus fuit dicti fideicommissi casus...

Duas desuper constituebam inspectiones. Unam scilicet genericam, & in solo puncto juris; Et alteram specialem ad contenta in eadem conventionne...

Quatenus pertinet ad primam, dicebam quod famigerata fuit in Romana Curia ista questio occasione fideicommissi conventionalis...

P 4 lib. 2.









